



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Opera S. Matris Teresae De Iesu Carmelitarum Discalceatorum et Discalceatarum Fundatricis

In duas partes distincta

Teresa <de Jesús>

Coloniae Agrippinae, Anno MDCXXVI [erschienen] M.DC.XXVII.

Cap. IX. Narrat quomodo Metina Campi egressa sit, ad Conuentum Malagonensem à S. Iosepho dictum fundandum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37974

alium ex professo huic rei per commodum, ei designet & seligat. Vnde quoque quam potest diligentissimè, ne id genus negotia (esto quæ maximè à Deo proueniant, & apertissimè miraculosa gratia sint, seu externis, aut Confessarijs qui hæc tacere nesciant, communitatem Pluris id quippe refert, quisquam possit, ac ne inter se de illis Moniales loquantur. Præposita verò semper cum prudentia eas audiat, ne quis fatagens laudare & extollere eas, quæ in rebus ad humilitatem mortificationem, & obedientiam spectantibus plus excellent, quam quas Dominus per hanc comprimis supernaturalem orationem conducet, esto omnes illas virtutes etiam habeant. Si enim spiritus mini fuerit, humilitatem comitem habebit, qua contemni gestas gaudebit: itaque nec illi nocebit, & alijs sororibus mirifice prodebit. Etenim, quod illuc pertingere nequeant (quod id Dominus detur cumque voluerit) contristantur, quod alias illas virtutes habeant, per meti & has Dominus det, attamen possunt & studio exercitiorum nobis parari, & in statu Religioso mirifice conducunt. Maiestas has nobis concedat: nam si à parte nostra exercitium, sollicitudo & ratio accesserit, nulli eas negabit, quæ cum insigni in misericordia eius fiducia eas procurabit.

Virtutes solida pluris faciendæ quàm oratio semper naturalis.

CAPVT IX.

AGIT QVOMODO METINA CAMPI EGRESSA SIT,
ad Conuenium Malagonensem à S. Iosepho dictum fundandum.

QVàm multum, Deus bone, à proposito meo scopo deflexi. Vnde tri potest, ut quædam horum quæ tradidi documentorum in magno proposito fuerint, quàm ipsa monasteriorum fundacionis materia fuisset.

Metinensi ergo in domo cum agerem, magno cum animi gaudio, quod Moniales illius eisdem, quibus Abulenses, in virtutibus procedere, eandem quoque in ipsis religionem, fraternitatem, spiritum vigere viderem; nec non, quomodo Dñs de omnibus necessarijs domui suæ prospiceret cuncta quæ tum ad diminutionem, tum ad vsum Monialium requirebantur, abunde suppeditata liquæ subinde Virgines in illam cooprabantur, videbatur enim Dominus tales seligere quæ ad talis ædificij fundamentum accommodarent & conuenientes: nam ab hisce principijs omne quod deus cepit qui debet bonum dependere, equidem mihi persuadeo, etiam quæ postea sequuntur, viuendi modum & viam inueniunt, quæ ambulant, & non aliam.

Agebat tum Tolero Ducis Metinæ Cæli foror, cuius in ædibus superiorum imperio (vti pluribus in fundatione Abulensi declarauimus) ad aliquot egeram. hæc, cognito mihi alia fundandi monasteria factam à superioribus copiam esse, summis me precibus vrigere cepit, vt in opido Malagone, cænobium constituerem. Initio id detrectavi, nec admittere volui; quod opidum id tam esset exiguum, vt necessario domicilium id annuis stabiliendum esset prouentibus, quò vitæ subsidia necessaria Moniales haberent: à quo ipsa quàm maximè abhorrebat. Vnde cum viris literatis, & in primis quodam è Confessoribus meis rem contuli: qui malè me agere asserebant; cum enim sacri Concilij Tridentini auctoritate annui redditus monasterijs concederentur, minimè videri fundationem monasterij, in quo Deo tantum (vt mihi quidem videbatur) præstari obsequium poterat, omittendam. Ad hæc accedebant frequètes importunaq; Principis illius preces; vnde non potui ipsum non admittere. Attubuit hæc quàm liberalissimè annuè quæcumque necessaria erant, eius namque semper opinio fuit, vt vel monasteria nostra planè censibus careant, vel, si habeant, adeò illi sint vberes, vt à quoquam vitæ suæ necessaria emendicare Moniales non cogantur.

Equidem omnibus, quibus potui, viribus contendere efficerè, ne quæ Monialium quid proprium possideret, sed vt Constitutiones per omnia, sicut in alijs monasterijs paupertatem profitentibus seruabantur, vnaquæque seruaret. fundationis tabulis iam confectis, moniales aliquot, quæ huius initia ponerent, euocavi, quibuscum vnà cum prædicta Principe Malagonem concessimus. Quò cum peruentum esset; octiduo eo que amplius in quadam castelli illius parte egimus, quod nondum esset delignata domus habitationis religiosæ vsibus parata. Dominica igitur Palmarum anno Domini M.D. LXVIII. præeunte opidanorum supplicatione, pallis nostris albis indutæ, & velis faciem operæ, ad templum loci deductæ sumus; inde, postquam habita fuit concio, Sanctissimum Altaris Sacramentum ad monasterium nostrum conductum est. quod magnum in omnibus pietatis sensum mouit. Aliquot autem diebus hic hæsi. Verùm cum quodam tempore, à sumptu sacra communionem, orationi insisterem, Domino reuelante didici, fore vt magnum ipsi isthac in domo obsequium præstaretur. Vix bimestratoro illic hæsisse mihi videor; quod me spiritus vrgeret & quodammodo compelleret, vt ad conuentum Vallisoletanum fundandum abirem. Eius autem fundandi causa fuit illa, quam iam profectus.

Agitur de fundatione Malagonensi

Ipsa admittitur.

Paupertatis seruatur egrigia S. M.

S. TERESIA

TERESA

